



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Cur princeps Mundi in Christo non habet quicquam?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

trem; quia Pater maior me est. Et nunc dixi vobis prius quam fiat: ut cum factum fuerit, credatis.

QVÆSTIO I.

Quomodo maior Pater Christo?

§. 1. Arianorum hic scopulus erat. ο πατηρ μου μεϊνον μου εστι. Pater meus maior me est. Syrus מגנין Magnus ille pro me. Responso orthodoxorum communis, Christum loqui secundum humanitatem. Vide August. de fide, & Symbolo. c. 7. lib. 83. quaestio-num. De Trin. scopus. Contra Maxim. Arian. l. b. 5. cap. 24. & 25. Athanasium variis locis. Argutaban-tur Ariani; Comparatio non est nisi eiusdem generis: non ergo hominē Deo, sed Deum Deo cōparat. Quibus recte Basilus occurrit. Si non sit nisi in eodem genere comparatio, Christum Deum esse. Nam Deo se comparat, non humanitatem suam, ut aiunt Ariani, igitur diuinitatem. Falsa tamen est Aria-norum illa maxima. Res enim diuersi generis inter se comparari videmus, niuem, & lanam, perf. & ionem hominum, & Dei. Baptistam & Angelos. De tota hac materia multa erudite disputat Nazianzenus orat. o-ne 35. vbi ad omnia similia respondet. Iam dicentibus vo-bis, Patrem quantum ad causam, filio maiorem esse, ipsi hanc propositionem assumant. At causa naturā maior est. Hinc post concludunt, ergo maior naturā. Haud seipso, ne magis, an eos quibuscum disputant hac captiosā argumentatione circumue-niant. Neque enim omnia, quae de aliquo dicuntur, etiam de eo quod ipsi subiectum est dicuntur, sed perspicuum est, de quo, & quamam dicantur. Alioquin quid veritas, quo minus ipse quo-que allatā hac propositione. Pater maior naturā est, ac deinde assumptā alterā. Non omnino maior naturā, neque Pater, ac postremo concludam. Maius igitur non omnino maius. Vel Pater non omnino Pater. Velsi maius adhuc modum agam: Deus est essentia: Essentia non est omnino Deus. Quod se-quitur ipse concludit: Ergo Deus non est omnino Deus. Verum ab eo quod secundum rationem aliquam dicitur, ni fallor, ad id quod simpliciter dicitur. Captiosē producitur hac argu-mentatio, quod artis huius studiosi vsitatum est & familiare. Ημεϊς δε, inquit, το μεϊνον τη τω αληθινω φωτει διδοντων, αυ-τοι το τη φωτει μεϊνον εσονται. Nobis enim nomen μεϊνον maius tribuentibus natura eius quod causa est, ipsi nomen il-lud μεϊνον maius, ipsi natura tribuunt, obscura sunt ista. Ve-rius sensus est. Fatemur Patrem quā est αληθινω seu vera causa, maiorem esse eo, cuius est causa; non tamen ideo rectē Euno-miani dicunt; Ergo Pater naturā maior est filio. Nam Pater vt habet rationem vera causa cum humanā Christi naturā comparatur, quā maior est, at Patris natura est eadem qua natura filij Dei: & relationes paternitatis, & filiationis pa-tes sunt. Hoc simili exponit: Quemadmodum dicentibus no-bis: ille est homo mortuus; illi simpliciter inferrent esse homi-ne m. Nam causam habere filium negat, & secundum relatio-nes docet esse. Atque adeo insigne eius dictum est. Ημεϊς δε το-σων ετων προφησωμεν. οτι ετι μετὰ τω πατρι, το με-γαλοτερον ομνησμεν, οτι ελαττον τω υιω το εν ταυτησ περτερος. Nos vero tantum dicere audemus. Quod si magnum est Patri a nullo profectum esse, non minus est filio, ex tanto Patre esse.

Deus & ho-mo compa-ratur.

ADAMIUS
113
Evangelium
CIV
12

Iam non multa loquar vobiscum. Venit enim Princeps mundi huius, & in me non habet quicquam.

QVÆSTIO I.

Cur Princeps mundi in Christo non habet quicquam?

§. 1. Syrus וברי ליה ליה ברי. Et in me non illi quicquam. Non multa locuturum se ait: Venite enim Principem mundi, aeternumque; ut disceret. Prin-cipem mundi appellat, non quod iure mundo impe-peret, Domini est enim terra & plenitudo eius. Multum e-nim non à fide modo, sed etiam ratione naturali abie-runt Valentiniiani, Manichæi, & qui Manichæismum Patrum memoria renouarunt. Αρχων εστις κτιστος, inquit Theophylactus, αλληλαχουδαισ λαωσ ησθ τα ε κοσμου φρονεω. Princeps non creatura, seu orationis, sed dissoluti populi, & ea, que mundi sunt, sapientis. Suis deditiis & a-postatis dominatur, in Christum nihil habuit potesta-tis, nihil iuris, planè per omnia victus est. Cum hac diceret, iam in prociūdu erat Iudas, & satellites dia-monis, sed nihil tamen inuito Domino Satanæ illa cohors pouit; nam cum diceret: ego sum; abierunt, & ceciderunt retrorsum. Augustinus. l. 13. c. 14. de Trin. & super Deut. q. 55. Theophylactus. εχιστοσ δεινωσ δε αν-τωσ ηνωατωσ, εδε οφειλον τω διαβωλω, αλλα εφε τω ωεσ τω πεπεγεσ αρετησ ενων οφισαμου το παδω. Non enim morti obnoxius, neque obligatus diabolo, lubens ob-amorem erga Patrem, iustino passionem.

In Christu nihil habuit dæmon ha-buit.

Sed ut cognoscatur mundus, quia dili-gentius Patrem; & sicut mandatum de-dit mihi Pater, sic facio: Surgite, & eamus hinc.

QVÆSTIO I.

Quo ierint?

§. 1. Surgite eamus hinc. Iubet exurgere à mensa, at-que inde discedere. Nam obiuram inimicis ibat. Verba autem quæ sequuntur alio loco dicta sunt. Vt Chrysostomus, & Theophylactus docent. Hic ad-dit. Eos à Christo quasi in locum secretiorum, & tur-tiorem ductos, ne nimum turbarentur, sed timorem paulum ex euterent, sed reuera fuisse ενδου ενδοσεν vo-luntariam deditioem, etū videretur αναχουησ, se-cessio. Hæc igitur paulò post dicta sunt, dum enim à men-sa surgunt, seque ad exeundum parant, iam stantibus vel in conclau, vel atrio ista dixit, vel etiam dum exe-unt, maxime inter urbem, & hortum crediderim; non enim cum adeo mæsti essent, in via tacitus eos si-ne consolatione reliquit.

In atrio vel in conclau- tur est.

§. 2. Eamus hinc, inquit, non igitur in eodem loco mansit, sed locum mutauit; si enim ubiq; esset, nec il-linc, nec alio se conferret. De quo dictum Ioan-ni. in illa verba: Quia non eram ibi. Quæ lector consulat.

Scio interdum apud Græcos α τον pro principio poni, sed eo modo Pater filio maior non est, sed par esse ingenitum ostendi. Quamuis alii velint Na-zianzenum dicere Patrem esse filio maiorem ratione prin-cipii.